



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. LXXXV. An in Deo sit iustitia commutatiua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

vel cuiuscumque multitudinis gubernata demonstrat huiusmodi iustitiam in gubernante: ita ordo vniuersi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quam in rebus voluntariis, demonstrat Dei iustitiam. Vnde dicit Dionys. 8. c. de diuin. nomin. Oporteret videre in hoc veram dei esse iustitiam, quod omnibus tribuit propria, vniuscuiusque existentium dignitatem: & vniuscuiusque naturam in proprio saluat ordine & virtute.

Ad primum ergo dicendum, quod virtutum moralium quædam sunt circa passionem, sicut temperantia circa concupiscentias, fortitudo circa timores & audacias, mansuetudo circa iram. Et huiusmodi virtutes deo attribui non possunt, nisi secundum metaphoram, quia in deo neque passionem sunt, ut supra dictum est, neque appetitus sensitivus, in quo sunt huiusmodi virtutes sicut in subiecto, ut dicit Philosophus in 3. Ethic. Quædam vero virtutes morales sunt circa operationes, ut puta circa dationes & sumptus, ut iustitia & liberalitas, & magnificentia, quæ etiam non sunt in parte sensitiva, sed in voluntate. Vnde nihil prohibet huiusmodi virtutes in deo ponere: non tamen circa actiones civiles, sed circa actiones deo conuenientes. Ridiculum est enim secundum virtutes politicas deum laudare, ut dicit Philosophus in 10. Ethic.

Ad secundum dicendum, quod cum bonum intellectum sit obiectum voluntatis, impossibile est deum velle nisi quod ratio suæ sapientiæ habet. Quæ quidem est sicut lex iustitiæ, secundum quam eius voluntas recta & iusta est. Vnde quod secundum suam voluntatem facit, iuste facit, sicut & nos quod secundum legem facimus, iuste facimus. Sed nos quidem secundum legem alicuius superioris, deus autem sibi ipsi est lex.

Ad tertium dicendum, quod unicuique debetur quod suum est. Dicitur autem esse suum alicuius, quod ad ipsum ordinatur. Sicut seruus est domini, & non e converso. Nam liberum est, quod sui causa est. In nomine ergo debiti importatur quidam ordo exigentiæ vel necessitati alicuius ad quod ordinatur. Est autem duplex ordo considerandus in rebus. Vnus, quo aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum. Sicut partes ordinantur ad totum, & accidentia ad substantias, & vnaquæque res ad suum finem. Alius ordo, quo omnia creata ordinantur in deum. Sic igitur & debitum attendi potest dupliciter in operatione diuina. Aut secundum quod aliquid debe-

tur deo. Aut secundum quod aliquid debetur rei creatæ.

Et vtroque modo deus debitum reddit. Debitum enim est deo, ut impleatur in rebus id, quod eius sapientiæ & voluntas habet, & quod suam bonitatem manifestat. Et secundum hoc iustitia dei respicit decentiam ipsius, secundum quam reddit sibi quod sibi debetur. Debitum etiam est alicui rei creatæ, quod habeat id, quod ad ipsam ordinatur. Sicut homini quod habeat manus, & quod ei alia animalia seruiant.

Et sic etiam deus operatur iustitiam, quando dat unicuique quod ei debetur secundum rationem suam naturæ, & conditionis. Sed hoc debitum dependet ex primo: quia hoc unicuique debetur, quod est ordinatum ad ipsum secundum ordinem diuinæ sapientiæ. Et licet deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipse est debitor, quia ipse ad alia non ordinatur, sed potius alia in ipsum. Et ideo iustitia quandoque dicitur in deo condecencia suæ bonitatis: quandoque vero retributio pro meritis. Et vtrumque modum tangit Anselmus dicens: Cum punis malos, iustum est: quia illorum meritis conuenit. Cum vero parcis malis, iustum est: quia bonitati tuæ condecens est.

Ad quartum dicendum, quod licet iustitia respiciat actum non tamen per hoc excluditur quin sit essentia dei: quia etiam id, quod est de essentia rei, potest esse principium actionis. Sed bonum non semper respicit actum, quia aliquid dicitur esse bonum non solum secundum quod agit, sed etiam secundum quod in sua essentia perfectum est. Et propter hoc ibidem dicitur, quod bonum comparatur ad iustum, sicut generale ad speciale.

Duplex conclusio communiter elicitur ex hoc articulo. Prior est: In deo non est iustitia commutativa. Posterior est: In deo est iustitia distributiva. Mens tamen S. Th. & veritas vtriusque duabus sequentibus disp. examinabitur.

DISPUTATIO LXXXV.

An in deo sit iustitia commutativa.

Recens quorundam Theologorum opinio. c. 1.

Iustitiam commutativam secundum proprietatem in deo non esse, verior sententia est, & omnium Theologorum consensu probata. c. 2.

Premittuntur quædam in confirmationem præcedentis sententiæ. c. 3.

In deo non esse iustitiam commutativam secundum proprietatem ex ratione dati & accepti probatur. c. 4.

Ex conditione dei & creaturæ idem ostenditur. c. 5.

Nullam ex promissione obligationem iustitiæ proprie in deo oriri. c. 6.

Soluntur argumenta prioris sententiæ. c. 7.

CAPVT

Cap. 2. non
procedit à se &
c. 9. à modo.

2. 19. a. 11.
c. 9. 20. a. 1.

Lib. 3. Ethic.
c. 10.
Lib. 10. Ethic.
c. 8.

Recens quorundam Theologorum opinio.

Cum virtus iustitiæ in seruanda æqualitate dati, & accepti versetur, æqualitas vero duplex sit, vt sequenti disp. dicemus, alia, quam vocant Arithmetica, quæ est æqualitas vnius rei cum alia tantum, vt dati cum accepto: alia vero sit, quam appellant Geometricam, quæ est circa æqualitatem. non rei cum re, sed vnius proportionis inter duas res, cum alia proportionem aliarum duarum rerum vt minimum: sequitur, duplicem esse iusticiam, alteram, vocatam commutatiuam, quæ attendit iustum Arithmeticum inter duas res; alteram distributiua, quæ respicit iustum inter duas proportionem, de quibus sigillatim dicemus. Nunc vero querimus de commutatiua, An in Deo secundum proprietatem reperiatur. Quæ quidem res paucis retro annis sine controuersia erat, essetque semper, ni recentiores aliqui eam in dubium reuocassent: vt enim adstruerent rationem meriti, quod vocant secundum rigorem iustitiæ, tam in Christo pro toto genere humano quam in nobis respectu gloriæ, non solum defendere conati sunt in Deo veram, & propriam rationem iustitiæ commutatiuæ, verum etiam (si Deo placet) hanc esse: S. Thomæ, & omnium discipulorum eius sententiam. Quod quam sit à veritate alienum sequenti cap. ostendimus.

Asserunt igitur primo in Deo esse formaliter, & proprie iusticiam commutatiuam: in cuius rei confirmationem notant, necessarium non esse cum Deo tribuere virtutem aliquam, vel operatio illius, eam Deo assignari cum omnibus imperfectionibus, cum quibus in hominibus reperitur. Nam alioquin nec misericordia, quæ in nobis est cum quadam compassione, proprie esset in Deo, nec liberalitas, quia Deus non abdicat à se bona illa, quæ liberaliter largitur; nec vindictio, quia se non tueri vel seruat incolumem, alios puniendo; nec scientia, quia non discit, quæ tamen omnia hos defectus, quos enumeramus in nobis habent. Tum etiam, quia omnia, quæ de Deo enuntiantur, & creaturis analogice dicuntur: ideoque necesse est ad Deum ita transferri, vt sine vlla imperfectione ei tribuantur: eo quod perfectioni modo ipsi conueniant.

Hoc posito fundamento, suam sententiam probant primo, quia cum Scriptura multis in locis Deum iustum esse prædicet, & ei perfectissimam iusticiam assignet, quæ omnia breuitatis causa, & quod notissima sint, prætermittit; eaque in proprio sensu sine tropo, & figura explicari possunt; non est ad metaphoram confugiendum: possunt autem de iustitia proprie intelligi, si eam Deo concedamus secundum formalem rationem ipsius, omni imperfectione semota: ergo immo ea metaphorice interpretabimur. Secundo si iustitia secundum proprietatem non esset Deo adscribenda, ideo esset, quia inter nos, & ipsum, aut inter Christum, & ipsum Deum non esset datum, & acceptum: qui hoc non obest; quoniam iustitia quæ in Deo est, non debet versari circa datum, & acceptum: hanc enim imperfectionem solum inter homines habet; ad Deum vero sine imperfectione transferretur: sed satis est, si bonis operibus Deo honorem deferamus, & ipse æqualem nobis compensationem promittat, vt inde debitor sit ex iustitia, & ex eadem retribuat. Quæ circa totam rationem

Vasquez in 1. part. Tomus I.

iustitiæ meritum inter Christum, & nos ex vna parte, & Deum ex alia, ad hoc reducitur, vt Christus & nos offeramus opera æque digna tali premio, & Deus pro illis promittat mercedem: sic enim debet ex iustitia eam soluere, quam alias ex iustitia non deberet; nisi promississet. Nam sicut ille qui in vinea alterius laborat, etiam si labor eius tali pretio condignus sit, non constituit sibi Dominum vineæ debitorem retributionis, nisi Dominus pretium fuerit pollicitus; sic etiam nec nobis Deus ex iustitia deberet retributionem bonorum operum, nisi verbo suo sibi eam adstrinxisset. Pro hac parte doctores huius sententiæ nullum Scholasticorum distincte allegant, sed neque allegare possunt.

Secundo docent, Christi ad Deum fuisse iusticiam: quia æquale Deo pro offensa nostra reddere potuit: sed hanc iusticiam sine pactione Dei non intercessisse. Nam quamvis aliqui iustum esset pretium quod Christus soluit pro debito generis humani, necessaria tamen fuit voluntas Dei, tanquam contrahentis, vt inter eos iustitia seruaretur: si enim aliquis offerat iustum pretium pro captiuo nisi Dominus voluerit illud accipere, non fiet iusta commutatio, quæ est actus iustitiæ.

Tertio dicunt, iusticiam Christi erga Deum non esse eiusdem rationis cum commutatiua, quæ inter se homines obferunt, quia ius diuinum altioris ordinis est, non quia deficiat æqualitas dati & accepti: & hanc eandem iusticiam esse putant in soluendis promissis Deo, in quorum solutione ex eorum sententia, vera, & propria iustitia cum æqualitate intercedit: tantum enim soluit aliquis, & soluere potest, quantum promissit. Quare tandem concludunt, Christi iusticiam ad Deum non esse à religione distinctam: nihilominus iusticiam eius satisfactionem, quam pro nobis obtulit Deo, fuisse ex iustitia secundum proprietatem. Neque hanc partem auctores illius alia fortiori ratione probant, neque aliquorum Doctorum auctoritate confirmant, nisi quia communiter in schola Thomistarum dici consuevit, Christum Dominum satisfecisse pro genere humano de rigore iustitiæ, quo pacto Scholastici nonnulli, recentiores præfertim, loquuntur.

CAPVT II.

iusticiam commutatiuam secundum proprietatem in Deo non esse, verior sententia est, & omnium Theologorum consensu probata.

Ego vero censeo non solum iusticiam commutatiuam, secundum proprietatem Deo non conuenire; verum etiam nullum Scholasticorum quod ego legerim, ex ijs qui ante nostra tempora scripta tua prælo mandarunt, contrarium docuisse: quinimo omnes, qui huius questionis peculiariter mentionem fecerunt, plane affirmasse, in Deo non esse commutatiuam iusticiam secundum proprietatem, cum tamen de distributiua inter eosdem non parua dissensio sit. Id vero allegatione Doctorum in hoc cap. ex professo mihi probandum est, antequam rationes huius sententiæ in medium afferam.

Hanc igitur opinionem docuerunt Alexan. 1. p. q. 39. m. 1. Scot. in 1. d. 46. q. 1. in solut. argum. Richard. art. 1. q. 1. Durand. q. 1. Palud. q. 1. art. 1. Capreolus in 1. d. 45. q. 1. art. 1. conclus. 1. 4. & art. 3. ad argumenta contra eandem conclusionem S. Thom. 1. contra g. cap. 9. 3. & ibi Ferrar. Hostius in confes. doct. cap. 73. & art. 11. S. Terria

Rt 2

*4
Vt Deus obligetur ex iustitia requirunt promissionem.*

Secundum rationem placitum.

Tertium.

5

6

Doctores qui in Deo negant commutatiuam iusticiam propriam.

Alex. Richardus. Durandus. Palud. Capreolus. S. Thom. Ferrarius. Hostius. Terria.

Sotus.
Caietan.
Bundervius.

est differentia, Sot. 3. de natura & gratia c. 7. & 2. de iustitia q. 5. art. vlti. ad 1. Caiet. in hunc artic. Ioannes Bundervius in compendio concertationis tit. 6. art. 7. qui expresse asserunt iustitiam absolute, aut saltem commutativam secundum proprietatem Deo non convenire; sed modum quendam illius, & similitudinem: cum tamen aliqui eorum, ut sequenti disputatione referemus, distributivam Deo concedant. Idem docet supplementum Gab. in q. d. 49. q. 4. art. 3. dub. 3. ubi ait, debitum bonis operibus non esse debitum iustitiæ secundum proprietatem. Accedit Bonaventura qui in q. d. 46. art. 2. q. 1. ad 2. de omni iustitia absolute affirmat. in Deo non esse quoad debitum, sed quoad effluxum tantum bonitatis suæ. Est autem de ratione iustitiæ debitum, & de ratione commutativæ debitum inter datum & acceptum, ut infra ostendemus; quare plane negat deo omnem iustitiam, & solum decentiam bonitatis suæ concedit.

His annunera S. Thom. 1. 2. q. 11. q. art. 1. ubi docet nostri erga Deum non esse iustitiam simpliciter operum, etiam procedentium à gratia. Idem asserit Conrad. ibidem, & Durand. iterum in 2. d. 27. q. 2. & Ferr. 3. contra gent. cap. 149. §. Ad evidentiam huius: ob id tamen negari non debet, meritum simpliciter nostri apud Deum, ut ibidem latius ostendemus. Sed clarissime S. Thom. id tradit in hoc articulo, & recentiores aliqui cum eo: ubi cum distingueret inter iustitiam commutativam, & distributivam, de commutativa sic ait: *Et hæc non competit Deo: quod si in solutione primi videatur deo tribuere iustitiam non tamen circa actiones civiles, non mirum: tum quia iustitiam distributivam ibi videtur concedere, tum etiam, quoniam nec hanc concedit proprie, ut inferius notabimus.*

Verum, ut exactius demonstraremus, opinionem hanc esse omnium Scholasticorum, & neminem contrarium docuisse, operæpretium erit aliquorum testimonia, quæ pro opposita allegari possent expendere, & effugia præcludere, quibus aduersarij evadere moluntur: id quod nec molestum, nec inutile cenferi debet, quando opposita sententia contra communem Doctorum opinionem tam facile inualuit. Res etenim maioris momenti est, quam primo aspectu apparet, & ex qua multa pendent, difficilia quidem & scitu digna, quæ quotidie in quæstionem reuocantur.

Referti igitur posset pro priori opinione primum Barthol. de Med. in 1. 2. S. Thom. q. 114. art. 3. ubi dicit, nostri apud Deum esse meritum de condigno, & de iustitia vere, & proprie, in artic. 1. asserit inter nostra opera, quatenus à gratia procedunt, & mercedem vitæ æternæ esse iustitiam commutativam: sentit ergo proprie esse iustitiam commutativam in Deo. Cæterum idemmet auctor seipsum explicavit in eodem art. 3. ad 1. argum. durandi, ubi non audet concedere iustitiam inter nos, & Deum: sed inter meritum nostrum, & præmium, in quo sequitur doctrinam Caiet. in art. 1. illius quæst. 114. ibi enim ait, esse quidem iustitiam simpliciter inter opera nostra, & mercedem vitæ æternæ, quia est illa æqualitas condignitatis simpliciter; inter nos verò, & Deum non esse iustitiam, quam ipse Caietan. plane dixit i. p. in hoc art. 1. Deo proprie non convenire, ergo sentit nobiscum Medina, cum attributum iustitiæ secundum proprietatem Deo non concedit, tamen si inter opera, & præmium iustitiam esse dicat propter

æqualitatem condignitatis: an vero hæc inter se constare possint, dicemus infra. Neque quidquam aliud docere voluit Franciscus Romani lib. de libertate, c. 2. & necessitate operum, veritate 2. 1. cum ait nostris operibus, ut sunt ab Spiritu sancto secundum veram iustitiæ æquitatem, præmium vitæ æternæ condigne deberi: non dixit secundum veram & propriam iustitiam: sed secundum veram æquitatem iustitiæ, quia est vera æqualitas condignitatis inter opera & præmium; est autem ex iustitia, qualis inter nos & Deum intervenire potest.

Deinde allegari possent Sotus in 1. d. 17. q. 2. §. Illic potest dici, & Gabr. in 2. d. 7. q. 1. art. 2. post. 1. com. qui dicunt merito condigni deberi præmium ex iustitia, sed propter promissionem. Verum nec Gab. nec Scot. prior opinionem ad stipulantur. Primum quidem, quia ipsi oppositum docuerunt cum de attributo iustitiæ dei disputarunt, ut paulo ante allegauimus: negarunt enim deo absolute attributum iustitiæ secundum proprietatem, non distinguentes de commutativa, & distributiva, ex quo omne genus iustitiæ proprie à Deo remouerunt. Tum etiam verba illa Scoti, ut notatur in margine suppositicia sunt, cum in originali non habeantur. Ad hæc cum dicant totam iustitiam ex promissione oriri, quæ est fidelitatis cuiusdam, & hæc sit pars potestativa iustitiæ à propria ratione iustitiæ deficiente; obligatio illa fidelitatis, quodammodo iustitiæ quoque vocari potest: ergo nullus auctor est, qui oppositum assermet.

Quod autem multi Scholastici dicunt, Christi factum satisfecisse pro nobis de rigore iustitiæ, partem refert. In primis enim antiquiores, ut S. Thom. Alex. & Bonau., non videntur hoc modo loquendi, sed solum docent, Christi satisfactionem fuisse perfectam, hoc est, nulla indiguille acceptatione, ad hoc autem non requiritur illam fuisse secundum iustitiam proprie, sed fuisse æqualis condignitatis per modum meriti, ut suo loco dicemus. Deinde alij Scholast. qui ita loquuntur non contendunt in Christo fuisse iustitiam erga Deum proprie, sed æqualitatem, quam in satisfactione per modum, & similitudinem iustitiæ seruauit, fuisse secundum rigorem: hoc est, non indiguille acceptatione liberali dei. sed omnino fuisse æqualis condignitatis: id quod verissimum est, ut dicemus: excipio recentiores aliquos, qui contendunt etiam in ea satisfactione fuisse iustitiam secundum proprietatem, quorum sententiam nunc impugnare contendam.

Sed adhuc aduersarij horum omnium auctoritatem effugere conantur. Dicunt enim eos loqui de commutativa iustitia cum imperfectione, quæ in creaturis reperitur cum qua eam in deo esse inficiantur: non tamen absque imperfectione, sicut cætera omnia, quæ Deo tribuuntur. Ac vero effugium hoc excogitatum esse, nec firmum habere fundamentum, facile colligitur. Primum, quia multi ex eisdem auctoribus cum S. Tho. disputantes de prima misericordia eam non affirmant absolute, sed ablatam imperfectione, quam in nobis annexam habet, ut art. 3. videbimus. Deinde quia cum multi illis negant commutativam, consequenter ab eo vilo additamento concedunt distributivam, quæ cum imperfectione non minus Deo repugnet, quam commutativa: eodē igitur modo eam concedunt, quo negant commutativam: sed eam concedunt sine imperfectione: ergo & commutativam

Mens alio-
rum Docto-
rum aperitur.
Medina.
& Thomae.

Caietan.

ti-
tiam sine imperfectione negant. Accedit, quod si
propter imperfectionem, liceret disputantibus de
hac re, absolute negare Deo iustitiam commutati-
uam, nihil amplius explicando; liceret etiam, ne-
gare intellectum, voluntatem, & operationes tri-
busque denique cetera omnia attributa. Adhuc cetera
deus concedunt prædicti Doctores absque vi-
lo additamento, sed commutativam absolute ne-
gant: ergo putant esse aliud genus imperfectionis
iustitiae commutativae annexum, ratione cuius
hæc iustitia in Deum convenire non potest, quam
alia attributa non habent, vt leg. c. explicabitur.

CAPVT III.

Præmittuntur quædam in confirmationem
precedentis sententia.

Præmissa
faciunt
S. Thom.
L. 2. q. 1.
ad 2.
comparat
de formalit.
in quibus
12
operatio deo attribui formaliter, & proprie iustitia
imperfectio, sicut de misericordia art. 3. dice-
mus, quæ siue passione, aut compassione appetit
secundum rationem formalem, quæ est iustitia
miseriam, Deo recte conuenit: ex qua parte
ita non repugnabat, vt illo c. 4. notauimus: ablata
enim imperfectione non tollitur e medio ratio
formalis operationis: eo quod imperfectio non
est ipsi coniuncta essentialiter. Quod si imperfec-
tio essentialiter in ipsa ratione formalis includatur
actus ille deo proprie conuenire nequit: quia cum
sit assignandus sine imperfectione, & ea ablata au-
feratur ratio formalis talis operationis sequitur
Deo proprie tribui non posse.

Obseruandum tamen secundo est, in omni ope-
ratione creata, quatenus creata est, essentialiter in-
cludi imperfectionem aliquam, vt quod sit actus
elicitus a facultate aliqua, ac proinde accedens
quod sit finita, & limitata: hoc tamen non obstat,
quo minus ea formaliter, & proprie Deo tribua-
tur. Omnis enim creata perfectio ad Deum ita
transfertur, vt ei non conueniat vniuocè, sed analo-
gicè, & altiori quadam ratione. Vt autem hoc mo-
do Deo proprie, & formaliter tribuamus opera-
tionem aliquam, opus est secundum rationem for-
malem analogicè saltem abstractam, nullam ipsi
imperfectiōi inesse. Hoc vero contingit, quoties
ex parte obiecti formalis, quod respicit operatio,
imperfectio essentialiter non includitur. Nam si
hæc includitur in obiecto, vt respicitur ab actu, re-
sultat etiam in ipsam operationem essentialis im-
perfectio, ob quam in Deum talis operatio cadere
non potest. Hac ratione exclusimus itam à Deo
quantumvis secundum analogicam rationem ab-
stractam: quia hic affectus respicit, vt proprium
obiectum, vindictam doloris illati, quæ in Deum
conuenire nequit. Sic etiam excludit S. Tho. in ea
solutione 2. desiderium proprii boni, quod, vrab
amore distinguitur, est circa bonum futurum,
vt futurum, & iustitiam, quia est de malo proprio.

Videtur in 1. part. Tomus I.

Hæc enim ratio, nec analogicè Deo conuenire po-
test. At quod deus non discurrat, certe non satis
est, vt ob eam causam scientia secundum proprie-
tatem ei tribuenda non sit. Nomen enim, *Scientia*,
tam proprie dicitur de cognitione per discursum,
quam sine illo, sicut in Angelis reperitur: quam-
uis si scientiam humanam definias, discursum in-
cludere necesse sit. Deinde, quod scientia in crea-
turis sit accidens, & operatio elicita, in Deo vero sit
substantia eius, non impedit, quo minus essentia
Dei, vt à nobis concipitur relata ad obiectum sci-
bile, propriissime scientia dicatur; altiori tamen
ratione. Cum enim in obiecto reperimus ratio-
nem veritatis scibilis, & hanc habeat relatum ad
essentiam Dei sine vlla imperfectione; sit, vt ipsam
essentiam propriissime scientiam appellemus.

Tertio notandum est id, quod ibidem etiam di-
ximus, nempe cum de his affectibus inquirimus,
an ad Deum proprie transferantur, intelligendum
esse secundum communem Philosophorum do-
ctrinam, & prout ab ipsis communiter definiti
consecuerunt. Si enim nouas liceret fingere
definitiones, nullum deberemus affectum deo de-
negare, & recte etiam Lactantius itam Deo tri-
buisse. Superest igitur, vt videamus, an in obiecto
iustitiæ, quod ei communiter à Philosophis as-
signatur, includatur aliqua imperfectio, quæ in affe-
ctum ipsum deriuetur, ratione cuius Deo proprie
non conueniat. Quare aduersarij, qui, vt in 1. cap.
vidimus, asserunt iustitiam Christi erga deum esse
altioris rationis, quam in nobis, & eam esse ipsam-
met virtutem religionis, imo & eadem ratione
obseruationem voti, quod fecimus Deo, ad iusti-
tiam pertinere, falluntur manifestè: quod simul
asserant, hanc esse proprie iustitiam specialem:
nam pro libito, & absque fundamento confun-
dunt virtutes, quas Theologi, & Philosophi di-
stinxerunt. Quis enim vnquam negauit S. Thomæ
doctrinam, qui 2. 2. quest. 30. art. 1. docuit, quædam
esse partes subiectiuas iustitiæ, quædam vero po-
tentialias: subiectiuas appellat, quæ sunt species
iustitiæ retinentes rationem genericam illius, qualis
est commutativa, & distributiva; in quibus sal-
uatur integra, & perfecta ratio iustitiæ: potentialias
vero, quæ retinent aliquam similitudinem ius-
titiæ, quia sunt ad alterum, sed non habent veram
rationem iustitiæ, aut quia in eis non est ratio de-
biti, aut quia deficiunt à ratione æqualis; intelligit
S. Thom. æqualitatem dati, & accepti: & inter has
connumerat religionem, quia etiam vota nostra
reddimus Deo: perperam ergo prædicti Docto-
res confundunt inter se religionem & iustitiam
commutativam. Quare si iustitiam Christi ad
Deum dicunt esse religionem, & ex hac pro no-
bis Christum satisfecisse; debent asserere, satisfac-
tionem illius non fuisse ex iustitia proprie, vt ca-
pite sequenti obiter probabimus, vbi reddemus
vniuersalem rationem, quare etiam in soluendo
vota, reddamus æquale Deo, solutio hæc non sit
ex iustitia: ostendimusque in vniuersum commu-
tativam iustitiam inter nos, & Deum esse non
posse. Ergo de virtutibus ita philosophandum
est, & vna ab alia distinguenda, vt non pro libito
confundantur, sed secundum communem do-
ctrinam, & acceptionem vsurpentur. Quare cum
Deo tribuitur iustitia, aut alia virtus secundum
propriam, ita tribuenda est, vt non fingamus
nouam naturam, & definitionem virtutis, sed se-
cundum

Scientia pro-
prio in L. 2.

14
Tertium
fundamentum
Affectus vt
in Deo sint
proprie, nec
pro libito
definiendi
sunt, nec
confundendi
Lactant.

S. Thomæ
Iustitia par-
tes potest
tius & sub-
iectiuas que

15

R. 3

conduci

cundum communem, & receptum vsum, eam
Deo tribuamus, seruata semper analogia, vt supra
explicatum est.

Quarto cum quaeritur, An in Deo sit iustitia, non intelligitur de quouis affectu circa obiectum iustitiæ: nam absq; dubio Deus diligit omnia opera, & obiecta secundum virtutem, quæ in nobis sunt. Vnde ipse amat iusticiam, quam inter se homines seruant: atque illam præcipit, & inuadet. Quod si hæc ratione diceremus, in Deo esse affectum iustitiæ, esset inter concedendum temperantiæ, & cæterarum virtutum moralium. Ergo nunc quaerimus de iustitia, an in deo sit affectus iustitiæ inter ipsum & creaturas, vt scilicet se, & nunc æquale, & iustum, quod est obiectum iustitiæ, seruare. Et probandum superest, iusticiam in se talem continere imperfectionem, vt secundum proprietatem hoc modo Deo repugnet.

Quinto denique contra *Cicer.* & *Barthol. Medin.* supponendum est, ita in Deo non esse proprie iustitiam commutativam, & nec inter meritum, & præmium esse posse. Hi enim Doctores, nescio, qua ratione adduci poterunt, ut affererent, iustitiam proprie esse inter res ipsas, & non inter personas, si de iustitia virtute sit sermo. *Arist.* enim 5. *Ethic.* c. 1. & 2. tanquam motum supponit, iustitiam esse, quæ constituit iustum, & æquale inter vnum hominem, & alium. Idcirco ea debet esse inter duas naturas rationales, & debet habere communem materiam, circa quam iustum, & æquale constituitur: ergo virtus iustitiæ non est inter meritum & mercedem: quis enim inter pecuniam & equum collocet iustitiam? Quo si nomine iustitiæ, quam dicunt esse inter meritum, & præmium, non intelligunt virtutem ipsam, sed æqualitatem, & iustum; aut fateri debent, hanc æqualitatem non esse obiectum proprium iustitiæ, quæ est virtus peculiaris; aut in ipso Deo concedere affectum iustitiæ virtutis secundum proprietatem: liquidem affectus dei versatur circa hanc æqualitatem, & illam obiectum. Quare licet concedant æqualitatem simpliciter secundum condignitatem, quod credo ipsos docere tantum voluisse, debent tamen dicere, illam non esse obiectum proprium iustitiæ: quandoquidem affectum huius virtutis secundum proprietatem deo non concedunt.

CAPVT IV.

*In Deo non esse iustitiam commutativam secundum
proprietatem ex ratione dati & ac-
cepti probatur.*

His iactis fundamentis, quæ mea quidem sententia firmissima sunt, nec ab aduersariis negari vlla ratione possunt, tribus præcipue rationibus communem sententiam, quam 1. cap. exposui, demonstrare conabor. Prima petita est ex ipsamet natura obiecti iustitiæ commutatiuæ, cuius formalis ratio in æquitate dati & accepti consistit, quæ talis est. Obiectum formale, quod communiter à Theologis, & Philosophis assignatur virtuti iustitiæ commutatiuæ propriæ, quæ ab alijs omnibus virtutibus differt, est æqualitas dati & accepti, sed inter Deum, & aliquam creaturam nequit esse æqualitas dati, & accepti : ergo nec in Deo potest esse affectus iustitiæ propriæ, qui ad hanc æqualitatem inter se, & creaturam conseruandam referatur, proinde nec affectus iustitiæ commutatiuæ.

proprietate enim circa æqualitatem inter datum,
& acceptum versari debet. Hac ratione vivunt s.
Thom. in hoc art. Decanus Louanien. & Hofius loci citati. Durandus.
Hofius.
tis in 2. c. ea vero perspicua erit, si id, quod assumit
explicetur.

Er quidem primum, maior propositio est S. Th.
in hoc art. 1. & 1. 2. q. 61. art. 3. & Aristot. 3. Ethic. c. 2.
ubi distinguit virtutem specialem iustitiam a iustitia
generali, quam dicit reperiri in omni virtute; quia
specialis versatur circa tria tantum bona, pecu-
niam, honorem, & salutem, & in his aequalitatem
constituit: omnisque in his rebus inaequalitas in-
iustitia specialis est: & nisi hac ratione specialem
virtutem distinguamus; sequitur in omni virtute
esse iustitiam proprie & speciali modo, vel iustiti-
am solum esse generalem virtutem, quoniam
omnis virtus observat in sua operatione aequalita-
tem cum sua regula, hoc est cum lege, & cum deo:
ergo cum debeat esse specialis iustitia, speciale ali-
quod iustitiam constituendum est; circa quod opo-
reretur aliud autem esse non potest, quam in his tri-
bus bonis enumeratis. Quod si facere aliquid fecer-
e secundum voluntatem superioris, quod illi placeret,
est opus iustitiae specialis; & ex tali opere constituitur
aequalitas iustitiae in retribuendo mercedem
pro illo, sicut ad exemplum dicunt de nostris meritis
apud deum; sequitur in omni bono opere esse iustiti-
am & contra passum, sicut in bonis contrahente
cum alio, quod postulet retributionem ex iustitia,
& ita omne bonum opus erit iustitia specialis,
quod est omnes virtutes confundere.

Deinde Arist. *Ethic. cap. 3.* assignans iustum com-
mutatum, dicit, esse in emendandis commercijs,
sive sponte factis, vt in contractibus, sive in ijs,
que sunt hominibus iniustis, vt in rapina, furto, &
reliquis. Et *cap. 5.* docet, in omni commutatione,
quom diu esse materiam & obiectum proprium
iustitie, esse repaſſionem. Nam qui aliqui ab alio
accipit, retribuendo pecuniam, vel rem aliam, tan-
tumdem patitur, abdicando a se demum; sicut ille,
ille, a quo quidpiam accipit. Nec vilius huiusmodi
aut Theologus, aut Philosophus aliter obiectum
iusticie commutative assignauit.

Postremo, cum iustitia debeat esse interdi-
cationis capa, es, pe ex Aristot. & S. Th. locis citatis
superiori cap. probatum est, quoslibet nulli inter-
est vnus id, quod alius facit, nullam cum eo iustam
commutationem, nec iustam commutationem
proprie seruare potest: ergo oportet, vt vnusque
mutuo interstitit, quod datur, & accipitur, vt spe-
cialis iustitia inter eos locum habeat: patet igitur
veritas maioris propositionis.

Minor autem manifestat esse eamque aperte tra-

dit sic S. Thom. 1. 2. q. 114. art. 1. ad 2. et in hoc arti- Dico
Diedo tractatu de fide. & redemptionis generis humani, Dico
cap. 2. p. 3. art. 3. cap. in principio, ubi ipse Doctor
Angelicus, Decanus, & Hofius locis citatis eam
probant ex illo ad Rom. 11. *Quis prior dedit illi, & re- diti
tribuetur ei?* ibi tamen Paulus non negat Deum mi-
hil ex nobis accipere posse emolumentum (quam-
vis verissimum est) sed ait Deum esse pro-
rem in largitione donorum. Dicit igitur Paulus,
si est aliquis, qui prior dedit Deo, hoc est, ex vis-
tutibus aliqua Deo promeritur fidei, Deus retri-
buet premium: quasi dicat, sed nullus est ergo
&c. interrogatio enim illa extorquet negatio-
nem, cuius subiungit causam. *Quoniam ex ipso, &
per ipsum, & in ipso sunt omnia:* ac si dicat, si ipse em-
nium

niam honorum est auctor, omnia promouet, & conseruat; nullus porit ei prior dare.

Multo melius hanc propositionem minorem probat S. Doctor 1. 2. q. 74. art. 1. ad 2. testimonio Job 35. Si iuste egeris, quid donabis ei; aut quid de manu tua accipiet? idipsum expresse etiam Job 34. Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei conferet, si fuerit immaculata via tua? Deus enim ita super omnem creaturam est, ut nulla re creata indigeat, nec aliquid extra se in suam cedat utilitatem: etiam si in honorem, & gloriam illius fieri dicatur. Honor enim est res in honorante, non in honorato: sicut inter homines quoque semper contingit: at inter honorem hominis, & Dei magna est differentia: quia dum honoratur homo, etiam si honor illius in alio sit, & ipse etiam ignoret, est tamen ei utilis. Quocirca qui ei auferet honorem, vere & proprie dicitur ipsi damnum inferre. At honor Dei, qui dicitur in nobis esse, dum bene operatur, vel religiose eum colimus, certe non dicitur, esse in utilitatem ipsius Dei: ergo nihil à nobis accipere potest, quod sua aliquo modo intersit: quare propria materia iustitiæ inter ipsum, & nos esse nequit.

Quod si dicas, inter homines tantum iustitiam versari circa datum, & acceptum, non autem inter nos, & Deum, sed illam alioris esse naturæ: contra hoc est id, quod superiori cap. notabamus, videlicet cum ex humanis ad diuina affectus aliquis, vel operatio transferretur, ita debere transferri, ut secundum vitam acceptiorem, & definitionem transferatur. Nam si liceret confingere definitiones, quæ liberata: cum Deo possemus tribuere. Ut autem commutatem definitionem obferuamus, retinenda est propria ratio obiecti, quæ tali affectui communiter assignatur. Hæc enim non est tantum annexa accidentarie operatiioni, sed essentialis, & per se: hæc autem ablata, auferatur ratio propria talis affectus, etiam secundum analogiam. Cum ergo omnes Philosophi dicant, obiectum iustitiæ esse æquale in datis, & acceptis, ubi non fuerit datum & acceptum, ut inter nos & Deum, nec erit tale obiectum, nec affectus iustitiæ commutatiue propriæ.

Postremo, si ex eo, quod nos Deo offerimus opera nostra, quæ apud eum meritoria sunt, & ipse retribuit pro eis vitam æternam, dicitur seruare iustitiam commutatiuam propriæ, & æqualitatem iustam inter nos & ipsum constituere in datis & acceptis, sequitur ante quamlibet promissionem ad id obligari: nam si accipit, debet retribuire: ac proinde si bonis operibus in gratia factis gloriam denegaret, iniustus foret: iniustus autem non esset, si negaret, ut omnes fatentur: ergo retributio facta bonis operibus non est secundum iustitiam commutatiuam in ratione dati, & accepti.

Dicunt aliqui, non satis esse si opera ex se condigna sunt tali præmio, ut Deus ante promissionem ex iustitia debeat retribuire. Nam si aliquis in vinea alterius laborat sine pacto, etiam si labor aliqui condignus sit mercede, dominus tamen vineæ eam solvere non debet: ergo eo modo Deus non debet retribuire meritis ex iustitia antea, quam paciscatur. Verum effugium hoc facile precludi potest: nam labor in vinea non inducit obligationem iustitiæ ex promissione, & fidelitate pactonis, sed ex eo tantum, quod dominus vineæ laborem accepit in sui utilitatem, & quia quoties aliquis in vinea alterius laborat ipso infcio, vel

non consentiente, non censetur labor ille cedere in domini utilitatem, nec ipse accipere illum ideo si non soluat mercedem pro illo, iniustitiam non committit. At si videat, & consentiat, iam accipit, & sine ulla passione debet mercedem retribuire, quam si non retribuat, peccabit contra iustitiam, sed non contra promissionem, & fidelitatem; neque falsitatis argui potest, sicut ille, qui promissit, & non implet, sed iniustitiam: quia eo ipso, quod consensit, accepit laborem in sui utilitatem. Ergo similiter, etiam si Deus non promitteret, sufficeret, si iustus in gratia faceret bona opera, quæ non poterant non fieri ipso Deo sciente, & consentiente, & interdum iubente. Quod si Deus dicitur accipere illa, quia sunt in honorem sui secundum voluntatem suam, sequitur etiam si expresse non promittat, eo ipso quod sunt secundum voluntatem ipsius, & ei placeant quodammodo, cedere in eius utilitatem eo modo, quo possunt, ut ante promissionem debeat retribuire; si promissio constituit, & seruat iustitiam inter opera, & mercedem: quandoquidem post promissionem non plus accipit ex illis, quam ante. Quare si promissio in Deo obligationem aliquam iustitiæ induceret, non esset pro acceptis: ad hanc enim ante opera obligaretur, sed esset obligatio ad donandum id, quod promississet: eo quod ex promissione nobis ius oriretur contra ipsum. Ceterum ex promissione iustitiam inter nos, & Deum oriri non posse, cap. 1. late probauimus.

Deinde à contrario hoc ipsum demonstratur, & sententia nostra stabilitur: quoniam nulla creatura aut peccatis suis, aut alio modo potest Deo inferre damnum, quod vere damnum illius sit: ergo nihil ei tribuere potest, quod vere in utilitatem, & compensationem illi cedat: contrarium enim eadem esse debet ratio. Quare ut nullum est peccatum, quod sit proprie iniustitia contrarium, sed communi quadam ratione: ita nulla erit compensatio ipsi facta, quæ sit ex iustitia propriæ: nullum vero Deo damnum à nobis inferri posse patet: quoniam etiam peccatis blasphemis, & sacrilegis, & odij, quæ directe contra ipsum sunt, nihil patitur Deus, nec aliquid utile, aut commodum amittit: alioquin & ipsa proprie essent peccata iniustitiæ: at talia certe non sunt; opposuntur enim alijs virtutibus, quam iustitiæ, blasphemia fidei, sacrilegium religioni, odium charitati, quæ à iustitia propriæ maxime differunt: si autem iustitiæ opponeretur, essent in duplici specie peccati, quod est factum: ergo non solum in omnibus peccatis in vniuersum non reperitur damnum illatum Deo, quod sit obiectum iniustitiæ, nec specialis ratio iniustitiæ contra ipsum, sed etiam in peccatis, quæ peculiari modo contra Deum fiunt, ratio iniustitiæ aut damni illati secundum proprietatem esse nequit.

Ex quo etiam inferretur, nec nos, nec Christum pro peccatis nostris satisfecisse ex iustitia propriæ, siquidem satisfactio ex iustitia supponit læsionem contra illam; nulla enim satisfactio fit, nisi ut re-ducatur inæqualitas aliquam ad æqualitatem; ergo ubi non est inæqualitas contra iustitiam propriæ, non est reductio ad æqualitatem secundum iustitiam propriæ; id quod non solum locum habet in satisfactione pro quolibet mortali, aut veniali peccato; sed etiam in satisfactione pro peccatis, quæ directe contra Deum sunt. Quocirca

Rr 4

neque

24
Nullum no-
strum pecca-
tum est iniu-
sticia specia-
lis contra
Deum.

Christi sa-
tisfactio, aut
iustitia, aut
iustitia non
nostra non
est ex iustitia
propriæ.

25

*Pœnitentia
non est pro-
prio iustitiæ.*

S. Thomas.

neque pœnitentia, quæ ponitur in nobis ad satisfactiorem pro nostro peccato, quam Deus de peccatis sumit, proprie ad virtutem iustitiæ pertinent. De pœnitentia id tradit S. Th. 3. p. q. 85. artic. 3. cum asserit, etiam si pœnitentia sit pars iustitiæ: in ea tamen non servari iustum simpliciter. Quare communis opinio est, pœnitentiam non esse partem subiectivam, sed potestativam iustitiæ, quæ à vera, & propria ratione iustitiæ deficit: sicut etiam religio, & multæ aliæ sunt, ut in superiori cap. dicebamus; an vero à religione distinguatur, suo loco dicemus. Hoc autem certissimum est, siue ad religionem pertineat, siue non, iustitiam proprie non esse; nam potestativa pars iustitiæ, qualis est etiam religio, deficit à ratione propriæ iustitiæ, & solum retinet quendam modum illius. Et quidem ideo S. Thom. exstimavit pœnitentiam deficere à ratione iustitiæ, quia non versatur circa iustum simpliciter, sed secundum quid, quandoquidem id, quod homo reddit deo pro peccato, scilicet contritio, non est æquale, quod quæ ratione verum sit 12. 13. artic. 2. dicemus: sed etiam si esset omnino æquale condignitate quadam, ut natura sua non solum deleteret peccatum, sed etiam suppleret omnem defectum illius absque ulla condonatione: nihilominus non esset iustitia propriæ nostri erga Deum: quia nihil ex nostra satisfactione provenit Deo emolumenti: sicut contra ex nostro peccato nihil damni ei accedit, nec ulla inæqualitas inter ipsum & nos constituta est, quæ sit obiectum iustitiæ propriæ.

*N. n. est in
Deo vindicta
sua iustitiæ
propriæ.
S. Thomas.*

Aristot.

Porto autem nec iustitiam in Deo esse, quæ sit pars quadam commutativæ in refarciendis, & vindicandis iniurijs, liquet etiam ex dictis. Hæc enim teste S. Thom. 2. 2. quæst. 108. artic. 2. duo includit, & punitionem iniuriæ factæ, & remotionem damni illati per illam, seu illius compensationem. Convenit Aristot. 5. Ethicor. c. 4. & 5. cum docet iustitiam reperiri in reparatione, & ibi etiam inveniri excessum, & inæqualitatem, quam ipse lucrum appellat, cum aliquis ab alio passus est: quæ inæqualitas, & excessus, ad æqualitatem secundum iustitiam postulat reduci: talis vero nō est inter Deum, & hominem, ut satis probavimus: ergo non est in Deo iustitia propriæ in vindicandis iniurijs sibi factis. Accedit, quod Deus cum retribuit nobis pro meritis, nihil patitur, eo quod nullius rei dominium à se abdicet, nec in sui damnum abdicare possit: vero ille, qui ex iustitia solvit, semper repatitur: ideo enim Aristot. dixit 5. Ethicor. c. 5. in omni commutatione, in qua servatur iustitia, esse reparationem: quia quisque tantum à se abdicat, quantum accepit: ergo, cum Deus semper maneat Dominus eius, quod retribuit, iustitia secundum proprietatem ei non convenit.

*27
Vindicatio
est pars po-
testativa iusti-
tiæ.*

Præsertim vero probatur hoc ipsum, quia S. Th. 2. 2. q. 80. artic. 1. in corp. vindictivam enumerat inter partes potestativæ iustitiæ, quia deficit à ratione iustitiæ propriæ: nam is, qui damni sibi illati compensationem petit, aut sumit, non debebat ex iustitia petere, & ita cessat debitum, quod est de ratione iustitiæ, ut videbimus infra cap. 6. iustitia enim attenditur in solvendis debitis, & ac proinde qui petit satisfactionem, non operatur ex iustitia. Adde, quod cum Deus punit delicta contra se facta, adhuc non habet actum huius iustitiæ punitivæ, quæ est pars potestativa iustitiæ. Vindicatio enim, ut supra dicebamus, tendit ad remouendum

aliquid damnum illatum, quod Deo continere non potest: quæ etiam ratione supra disp. præced. cap. 4. probavimus in Deo non esse iustitiam, quia non est appetitus vindictæ. Demum ex eodem capite sequitur, cum reddimus Deo vota nostra, quæ promissimus, etiam si æquale reddamus, quia quantum promissimus, tantum tribuimus, nihilominus solutio nem illam nostram non esse ex iustitia: eo quod nihil ex illa Deo accrescit, vel advenit emolumentum: ob idque merito opus illud non iustitiæ propriæ, sed religionis, quæ à iustitia differt, ab omnibus assignatur.

CAPVT. V.

*Ex conditione Dei, & creatura idem
ostenditur.*

Secunda ratio, quæ nostra sententia probanda est, desumitur ex conditione Dei & creaturæ. Creatura enim Deo comparatur, sicut filius parvulus patri, & sicut servus domino: inter filium autem & patrem, inter servum, & dominum iustitia esse non potest: ergo nec inter Deum & hominem. Porro inter filium, & patrem iustitiam non esse, probatur ex Arist. 8. Ethicor. c. vlt. vbi docet, parentibus debitum honorem nunquam deferri posse. Sed qui quoad potest obsequitur, bonus & æquus esse videtur. Idem de honore deo debito affirmat: unde & vulgate illud dictum invaluuit, Dīs, magistris, & Patribus æqualem gratiam debitum parentibus, & alimentorum subsidium constituitur quadam virtus scilicet pietas, quæ est pars potestativæ, de qua S. Th. 2. 2. q. 101. ac proinde deficiens à ratione iustitiæ propriæ, quia in ea non reperitur iustum simpliciter: erga Deum autem constituitur religio, quæ similiter sub iustitia, ut pars potestativa constituitur.

Cæterum hac via solum probatur, in honore deferendo, & alimentorum subsidio, filiorum erga parentes non posse esse iustitiam: id quod nostro instituto satis esset, ut de deo, & creatura idem diceremus. Sed adhuc peculiari ratione negat Arist. 5. Ethicor. c. 6. inter filium, & patrem, servum, & dominum iustitiam esse: quæ ratio eodem modo probat, inter Deum, & hominem non reperiri: ea vero est, quam reddit Aristoteles his verbis. Non est enim iniustitia ad sua simpliciter, id autem, quod possidet, & filius quandiu sit parvus, & non separatus, ut pars ipsius est patris: se vero nemo vult ledere: quapropter non est ad ipsum iniustitia. Quasi dicat, cum iniustitia non sit ad ea, quæ propria sunt, & filius sit aliquid patris, non erit ad ipsum iniustitia: quare nec iniustitia erga illum esse poterit: utraque enim est ad alium, qui simpliciter alius est: filius autem eo quod sit pars patris, non est alius ab eo. Hanc rationem his fere verbis explicavit S. Thom. 2. 2. q. 57. artic. 4. & addit inter uxorem, & maritum esse iustum simpliciter: quia uxor non est ita pars mariti, sicut filius. Sed discrimen non satis explicavit, neque modum, quo filius dicitur esse pars patris. Caietan. vero ibidem inquit, ea ratione filium esse aliquid patris, quia ab eo deciso semine generatus sit: cumque inter patrem, & filium perpetua sit huiusmodi habitudo; defendit, inter eos esse non posse iustitiam etiam in peculio Castrensi. Eadem de causa dicit iniustitiam non esse, si filius patrem occidat, sed maius peccatum: quia inter eos iustitia esse

esse nequit. Melius tamen *Setus* 3. de iustitia, q. 1. ar. 1. citat *finem*, dicit, non posse esse iustitiam inter patrem & filium, quandiu filius emancipatus non est. Quod plane indicauit Arist. loco cit. cum dicit: *Quandiu sit paruus, & non separatus*. Hoc autem intelligitur in contractibus civilibus pecuniarum, aut rerum, quae pecunia aestimantur: non tamen in honoribus deferendis, & vitae sustentatione: haec enim debet filius exhibere parentibus ex pietate, quae est specialis virtus erga ipsos. Quare si patrem ignominia afficiat, vel occidat, contra pietatem peccat, in quo Caiet. sententia mihi probatur, cum enim parentibus gratiam parem referre non possumus, erga ipsos alia constituitur virtus, scilicet pietas, circa honorem, & vitam illorum.

Ceterum circa pecunias quandiu filius emancipatus non est, ex sententia Arist. non est iustitia in aliqua commutatione, & peculio; nam quod postea iure Caesarum introductum est, iure Athenien. tempore Arist. non erat vni receptum: nempe filium nondum emancipatum posse aliquorum bonorum dominium habere: quare tempore Arist. nullum prorsus dominium rei penes filium erat: sed totum penes patrem: antiquiori vero iure Caesarum pater erat dominus omnium bonorum filij, quae profectitia, & aduentitia erant: non tamen Castrensium, vt refertur in l. *Cum oportet*, C. de bonis, quae liberis, &c. & Instituta. Per quas personas caue. C. 5. Igitur liberi. Imo vt constat ex l. 2. ff. de Castrensi peculio pater succedebat filio defuncto in peculio Castrensi, non iure haereditario, sed iure peculij, quasi dominus illius. Postea vero in lege illa *Cum oportet*, & in §. illo citato, & in nostro regno lege 5. & 6. tit. 17. par. 4. statutum est, vt filius habeat dominium, & vsum fructum Castrensium bonorum, & quasi Castrensium; aduentitiorum vero tantum habeat dominium; pater autem vsum fructum.

Hacigitur ratione optime dixit Aristot. inter patrem, & filium non potuisse esse iustitiam in commutationibus, quia cum omnia bona filij essent patris, & nemo erga sua bona iustitiam possit obseruare cum alio, sed erga bona alterius; nec vilius in suis bonis seipsum contra iustitiam laedat; sequitur inter patrem, & filium in pecunia iustitiam eo tempore feruari non potuisse. Mitto bona vitae, & honoris, in quibus alia ratione esse nequit, vt supra vidimus. Idem de seruo & domino dicendum est, quia omnia bona serui, domini sunt. Inter maritum vero & uxorem semper esse potuit: eo quod semper fuerunt bona vxoris & mariti diuisa, & vnicuique propria. Nunc vero iure Caesarum potest esse iustitia in commutationibus inter patrem, & filium, etiam nondum emancipatum in his bonis, in quibus filius habet aut dominium, & vsum fructum, aut dominium tantum, nec iuxta dispositionem iuris Caesarum id vnquam Aristot. negasset.

Ex hoc principio probatur, inter Deum, & creaturam rationalem esse non posse iustitiam, eo quod inuicem comparentur, sicut seruus, & dominus, sicut filius, & pater, quod nemo debet: sicut filius, inquam, nondum emancipatus, qualis tempore Arist. erat, qui nulla propria bona habebat, quae non essent patris. Nam quicquid boni habet creatura rationalis in operibus bonis, quae Deo dicitur quo tammodo tribuere, vt praemium illorum accipiat, a Deo est, tanquam ab auctore, & Domi-

no: ergo ex illis non potest ipsum Deum sibi constitutuere debitorem ex iustitia, siquidem, quae de manu eius accepit, & semper ab eo conseruata habet, ipsi reddit: non secus, atque filius, & seruus non possunt ex iustitia sibi obligare aut patrem, aut dominum, tribuendo eis bona, quae potius patris aut domini, quam ipsorum sunt.

Sed dices, opera nostra quadam ratione ita esse nostra, vt non sint Dei, quatenus scilicet libera sunt, & humana: hanc enim conditionem ex nobis tantum sortiantur: quia ergo nouo illo titulo ea Deo offerimus, possumus ipsum debitorem ex iustitia nobis constituere. Verum cum valor ope-

rum, cui merces redditur, pendeat ex gratia Dei, quam ipse nobis liberaliter donat, & conseruat; etiam si ratio liberi a nobis, vt a causa propria proveniat, quia libertas tantum est fundamentum meriti, sed non tribuit valorem operi, eo titulo non possumus Deum constituere nobis debitorem opere meritorio, cuius ipse est praecipuus auctor, & causa. Atque hac eadem ratione probabimus 3. par. quest. 1. art. 2. Christum non potuisse ex iustitia secundum proprietatem satisfacere Deo per opera humanitatis, eo quod totus valor proveniebat ab ipsa Deitate sanctificante humanitatem, & digna efficiente opera illius: sicut nullus ex iustitia proprie potest alteri satisfacere merita vilius alius valoris, si illa crescat in valore ex sola creditoris aestimatione: sic enim bonam partem debiti condonaret. Accedit, quod, vt superiori capite dicebam, ex eo quod nos libere operemur, & deus nobiscum, nostraque opera gratia sua efficiat digna, non facimus eum dominum nostrarum operationum, nouo aliquo titulo, nec ei aliquid vere tribuimus.

Deinde eadem veritas ostenditur ex illo alio titulo, quo diximus filium patri non posse reddere aequale in honoribus deferendis, & propterea aliam erga parentes constitui virtutem a iustitia distinctam. Quia eodem pacto neque creatura potest Deo aequalem honorem reddere, siue honoris nomine intelligamus opera quaecunque virtutis, quae eo ipso, quod secundum rectam rationem fiant, Deo grata esse dicuntur, & in honorem illius cedere; siue opera cultus; & honoris specialis erga Deum: illa enim non ad iustitiam, sed ad varias virtutes pertinent: haec autem ad religionem, quae a iustitia distinguitur. Quemadmodum filius cum honorat patrem obsequendo voluntati eius, vel ipsi honorem peculiarem ex pietate deferendo, non meretur apud ipsum, constituendo illum ex iustitia debitorem, sed secundum varias virtutes operans, ex dignitate tantum praemium ab eo promeretur; ergo cum a Deo nos aliquid meremur bonis operibus, non ideo ab eo praemium speramus, quia ei aliquid aequale contulerimus, quod ex iustitia compensationem postulet; sed quod opus in se aequaliter dignum sit remuneratione: dignitas autem ex bonitate sumitur. Aliud enim est mereri bonis operibus, aliud autem tribuere aliquid aestimabile pretio in commutationem, vt l. 2. quest. 1. 14. ar. 1. solius dicemus.

CAPVT VI.

Nullam ex promissione obligationem iustitia propria in Deo oriri.

Sunt qui dicant, non esse contra rationem propriam satisfactionis ex iustitia pactum, seu promissionem

Pracluditur.

33

Christi satisfactio non potuit esse ex propria iustitia.

Exhibitione honoris, non obligamus nobis Deum ex iustitia.

34

Quoniam non optino.

35
Exemplum
confirmatur.

promissionem intercedere, ut defendant Christum
satisfecisse secundum iustitiam proprie, tamen si
Pater æternus non deberet necessario satisfactio-
nem illius admittere, & ea contentus esse, antea-
quam promississet. Afferunt exemplum. Sicut, qui
habet captivum iure belli, non debet illum liber-
tate donare; etiam si ipse servus, vel alius pro eo
æquale pretium offerat, donec ipse dominus pa-
ciscatur, & pro illo pretio promittat servum libe-
rare. Nec enim vera iustitia postulat, ut æquali et-
iam pretio oblato, unus possit alium cogere ad cō-
trahendum: sed satis est, si mutua voluntate con-
trahant, & paciscantur, & supposito pacto, quisque
debeat iustitiam, & æqualitatem servare.

Æqualem
satisfactio-
nem pro in-
iuria acce-
ptare debet
creditor.

Ego vero existimo in primis, satisfactionem
pro iniuria, aut iniustitia illata postulare obliga-
tionem aliquam ex utraque parte, tam eius, qui sa-
tisfacere debet, quam eius, cui satisfactio facien-
da est: diverso tamen modo. Ex parte qui dem eius,
cuius satisfactio debetur, est obligatio admittendi
satisfactionem, si illa secundum regulas iustitiæ
æqualis sit; aut eo ipso, quod eam non admittit,
condonat debitum, id quod non solum locum ha-
bet, si satisfactio fiat ab ipso debitore: verum etiam
si fiat ab alio loco illius, hanc enim si creditor po-
test rejicere, sequitur, non esse secundum regulas
iustitiæ æqualem, quod si ea æqualis esset, & totum
dammum repararet, restitueretque ablatum, siue
fieret pro iniuria, siue pro debito pecuniario, cre-
ditor deberet ea contentus esse. Quod si eam non
admitteret, ad nihil ulterius debitor obligandus
esset: quando vero unus pro alio compensat iniu-
riam alicui factam, si offerens iure petere potest, ut
ipsemet, à quo iniuriam passus fuit, satisfactionem
exhibeat, sequitur satisfactio factam ab alio;
non esse sufficientem, ut inæqualitatem factam
ipsi offenso ad æqualitatem reducat. Nam si eam
ad æqualitatem reduceret, nil amplius offensus
exigere posset ab offendentem: qui iam iure exigit
compensationem; ratione damni, quod pati-
tur, eam exigit: ille autem, qui iam æqualem com-
pensationem habet, non patitur damnum: ergo
aliam postulare non potest: omnis enim læsio hoc
postulat, & non amplius, ut inæqualitas ad æquali-
tatem reducat.

Exemplum ad-
ductum in spa-
ritas.

Exemplum autem, quod aduersarij afferunt,
non est ad rem. Nam cum quis habet aliquem ca-
ptivum, ipse dominus non est læsus ab aliquo, nec
illi aliquis debitor est: unde, qui offert pro captivo
pecuniam æqualem, non satisfacit pro aliqua iniu-
ria, seu debito, sed i volunt cum domino contractum
inite emptionis, aut redemptionis, ad quem in-
cendum non obligatur, qui captivum habet.

37

Quod vero diximus de satisfactione pro iniu-
ria, seu iniustitia facta, intelligendum eodem mo-
do est de satisfactione pro debito pecuniario ex
contractu, aut ex promissione profecto, ut satis
liquet. Quare si contingeret, ut aliquis in servum
sibi caperet alium propter debitum non solum,
ut leges permittunt; adde etiam, si propter ali-
quam iniuriam, sibi illatam ab eo, lege etiam per-
mittente, sibi acciperet in servum, quotiescunque
aliunde ei esset satisfactum, secundum quod iusti-
tia postulat, aut lege, aut æstimatione, aut ex natu-
ra rei, iam amplius non posset servum retinere: sed
servus ipso facto liber maneret à servitute, sicut
etiam à debito. Ex parte vero illius, qui satisfactio-
nem offert, non semper est obligatio satisfaciendi:

Qui satisfacit,
non semper
satisfacit
ex obligatio-
ne.

di: nam unus pro alio gratis satisfacere potest,
semper tamen talis obligatio satisfaciendi in ali-
quo debet esse.

Ex dictis plane sequitur contra prædictos Do-
ctores, nullam satisfactionem oblatam esse ex in-
iustitia æqualem, si creditor libere pro illa remissio-
nem debiti pacisci, & sola voluntate sua, seu pa-
cto, ad quod non obligabatur, ea contentus mane-
re potest: quare si Christi satisfactioem Deus non
debebar admittere, sed ea oblata, iuste nihilomi-
nus poterat non remittere peccatum, & ipsum
hominem punire, ut reuera potuit, ea non fuit se-
cundum æqualitatem iustitiæ proprie: bene tamen
secundum æqualitatem condignitatis meriti, quæ
ad iustitiam proprie non pertinet, & eo modo fuit
æqualis, imo superabundans, sed talis natura, quæ
non obligaret Deum, ut eam admitteret: ergo ali-
ter de illa quam de ea, quæ est in materia iustitiæ
proprie, loquendum est.

Denique si necesse erat, intercedere promissio-
nem, ut Christi satisfactio esset perfecta, & (ut
ajunt) secundum rigorem iustitiæ, sequeretur,
Christum non potuisse mereri primo suo actu pro
Patribus veteris testamenti, quibus gratia donata
fuit, & remissa culpa in spe solutionis, quam ipse
facturus erat: nam runcante illius aduentum nul-
la fuit pactio: deinde ante primum opus in primo
instanti similiter pactio nulla præcedere potuit:
ergo nec primo actu potuit secundum rigorem
pro præteritis satisfactioem pro pena tempora-
li debita, eam ex se condignam esse condignate
meriti pro pena debiti: talem tamen condigni-
tatem non habere ex pacto, & lege Dei, sed ex ip-
situs gratia, quæ sit. Operibus enim nulla provenit
condignitas ex favore, & pacto Dei, ut 1. 2. quæst.
114. art. 1. probabimus. Porro non requiritur ac-
ceptatio, & promissio Dei, ut fiat remissio penæ
infallibiliter: sed ipso facto non potest non tra-
nere remissa pena. Nam qui offert condignam
ex se satisfactionem, iam dignus est, qui non puni-
atur: qui autem satisfacit, offert condignam sa-
tisfactionem ante promissionem: ergo iam est di-
gnus, qui non puniatur, & ita non debet puniri:
quocirca si puniretur, non pro aliquo debito, sed
voluntarie puniretur. Quamvis igitur nostra hæc
satisfactio non sit in materia iustitiæ erga Deum,
quia inter nos & Deum non est mutuo datum &
acceptum; nihilominus eam vim habet, ut pro
nobis facta sine alia acceptione remittat debitum
nostrum. Quare diversam virtutem habet pro
remissione debiti nostri, quam habuit Christi sa-
tisfactio pro nobis. Quia Christi satisfactio pos-
terat non acceptari; & ea supposita, nihilominus
illi, pro quibus fiebat, poterant digne puniri. Ra-
tio vero discriminis provenit ex eo, quod licet sa-
tisfactio Christi fuerit æqualis debito in genere
meriti, imo superabundans: tamen eos pro qui-
bus offerebatur non faciebat formaliter dignos,
qui non punirentur. At satisfactio cuiusque facit
ipsum satisfaciendum formaliter dignum, qui
non puniatur (nullus enim formaliter dignus
redundat alieno, sed proprio tantum opere): ita
ergo supposita nullus potest digne puniri. Idcirco
quando intuitu meritum Christi datur nobis
gratia, & dimittitur debitum, carendi illa, hære-
missio est nobis pura condonatio: quævis Chris-
ti non sit. At quando pro satisfactione in gra-
tia

Non est ex
iustitia facta
satisfactio, quæ
creditor ac-
cipiat sine
sua sola pa-

38

Confirmatur
ab eodem
auctore.

Satisfactio
iustitiæ
pactum non
trahit: pro
tempore
remissionis
infallibiliter.

39

Christi sa-
tisfactio
formaliter
dignum.

40

ria facta remittitur nobis pœna temporalis, non condonatur nobis illud debitum, sed vere compensatione nostra tollitur, & nos sumus digni, qui deinceps eo debito careamus. Eadem differentia est inter iustitiam nostrorum operum ex gratia dei, & iustitiam Christi, aut merita ipsius: hæc enim non possunt facere nos sanctos, vel magis sanctos formaliter: nostra autem opera in gratia Dei facta, possunt nos reddere sanctos formaliter: idcirco puto etiam efficaciorum esse nostram satisfactionem ad remittendum debitum pœnæ, quam sit meritum nostrum ad consequendum gloriam. Nam licet meritis nos faciat dignos vitam æternam: quia tamen non est in materia iustitiæ, non obligat deum, ut det illam, etiam si digne dare illam posset: quare debet accedere promissio, ut dare debeat: at vero ut non possit deus punire aliquem digne, satis est, si ille se faciat dignum, qui non puniatur: talem autem se præbet, qui satisfaciunt ante Dei pactum, & promissionem.

Deinde dico, ubiqueque est retributio aliqua ex iustitia proprie esse debitum ei, cui sit retributio, & quamvis in retributione gloriæ pro meritis deus sit nobis debitor verbo, & promissione sua: nihilominus existimo, inter nos & ipsum, adhuc supposita promissione sua, non esse iustitiam propriam, sed solam fidelitatem, quæ est pars potestatiua iustitiæ proprie dictæ. Potro autem semper esse debitum ei, cui sit retributio ex iustitia proprie, probatur in primis ex S. Tho. 2. 2. q. 80. a. 1. qui docet, partes potestatiuas iustitiæ, quæ à propria ratione iustitiæ deficiunt, eo constitui, quod aut in eis non reperitur ratio debiti, aut deficiunt à ratione æqualitatis: ergo ubi virtus aliqua me ordinat ad alium ex honestate, sed non ex debito, non potest ex iustitiâ S. Th. esse proprie iustitia. Ratio autem id aperte ostendit: nam iustitia, quæ in contractibus, & refarciendis iniurijs attenditur, est ex parte illius, qui retribuit pro acceptis, aut ablatiis: is autem nisi ad id, quod soluit, obligetur, soluendo non seruat iustitiam, nec inæqualitatem ad æqualitatem reducit. Namque si is soluere non debet, sequitur, inter ipsum & alium non intercedere inæqualitatem aliquam, ac proinde nullam esse reductionem ad iustitiam æqualitatem, cum ipse retribuit. Ex quo efficitur, nullum in deo iustitiæ actum esse ante promissionem, eo quod ante illam nulli debet quidquam retribuire, ut manifestum est.

At vero promissione, & verbo suo deus constitutus est debitor premij quod meritis promittit, & mea quidem sententia, non solum debitor est vere, & proprie sibi, sed etiam nobis, quibus pollicitus est, ut in 1. 2. q. 11. 4. art. 1. ex sententia Patrum, & Scholasticorum fufius ostendam, atque ratione probabo. Cum vero S. Doctor in eo articulo dixit, deum non constitui debitorem nobis, sed verbo suo non tam ad eum, cui adstringitur, quam ad causam, & rationem obligationis attendit. Quod si verum esset, ut communiter censent Thomistæ, deum non constitui nobis debitorem verbo suo, sed sibi, sequeretur plane, cum nobis deus retribuit pro bonis operibus, non retribuire ex iustitia proprie. Quare in eorum sententia, indubitata res est, dei erga nos, in retributione meritorum, iustitiam commutatiuam proprie non esse: ut enim proxime dicebamus, qui alteri nihil debet, & nihilominus ei tribuit, non seruat cum eo iustitiam, quin potius liberalis est.

Ceterum etiam si deus debitor nobis sit verbo suo; tamen ex iustitia commutatiua proprie non retribuit, quod promittit, sed ex fidelitate, seu veritate, quæ est pars potestatiua iustitiæ, & ex decetia quadam, & proportionem condignitatis inter merita nostra, & vitam æternam, quæ etiam communi quadam ratione iustitiæ dici potest: eo quod aliquam seruat æqualitatem. Vt autem hoc clarius explicetur, obseruanda maxime est doctrina S. Tho. 2. 2. q. 80. art. 1. ad 2. qui asserit, fidelitatem, quæ nascitur ex promissione, non esse distinctam virtutem à veritate: est enim fidelitas veritas in promissis seruandis: quare non minus vera, & propria ratio perituri, quæ siue falsitate esse non potest, teste eodem S. Tho. 2. 2. q. 98. art. 1. reperitur, cum quis non seruat, quod iuramento promittit, quam cum falsum aliquid affirmat. Cumque veritas constituitur ab eodem Doctore S. q. illa 80. pars potestatiua iustitiæ deficiens à propria ratione iustitiæ, fidelitas eodem modo ponenda est. Quocirca falsum docuit Sotus tractatu de regendo secreto, q. 1. mem. 1. & 7. de iustitiâ, q. 2. art. 1. circa solutionem 1. cum dixit, fidelitatem non ad virtutem veritatis, sed ad iustitiam commutatiuam proprie pertinere.

Verumenimvero ex promissione facta alicui homini, qui eam latam acceptat, non sola nascitur obligatio fidelitatis, seu veritatis; sed etiam iustitiæ: queritur enim ius ad rem promissam ei, cui promissio facta est: id quod contra Caietan. 2. 2. q. 88. art. 1. ut certissimum modo suppono ex communi sententia, & vnica ratione confirmo. Nam si solum induceret obligationem veritatis, ea non transiret ad hæredes, hoc est, hæredes promittentis non obligarentur ad solutionem promissi: obligatio enim veritatis, sicut etiam voti, & iuramenti secundum se, solum est personalis: & cum promittente, & iurante perit: obligatio vero, quæ transiret ad hæredes, est iustitiæ, quam hæres ratione hereditatis constanter repræsentat: ideo hæres, qui promissa non soluit, etiam iurata, nec periturus, nec infidelis est, sed infestus, qui ius quæsitum alteri non seruat illi: idcirco datur actio contra hæredes illius, qui aliquid promittit iuxta formam in quavis regione requisitam, siue illa sit stipulatio, siue pactio sola, & nuda. Fallitur igitur Caietan. cum ait, ex promissione nullam oriri obligationem iustitiæ, sed solius veritatis, & fidelitatis.

Hoc obiter supposito, nunc probabo, seruata proportionem in Deo ex promissione, & verbo suo, non oriri obligationem iustitiæ propriam, sed solius fidelitatis: non dico solum iustitiam in retributione mercedis pro meritis acceptis, quæ est ad modum emptionis, & commutationis dati, & accepti: hanc enim inter Deum & nos intercedere non posse, cap. 4. monstratum est, sed etiam in soluendo promisso per modum donationis, in cuius solutione inter homines seruatur iustitia in hoc, quod datur tantum, quantum promissum est, ei, cui facta est promissio: quia res promissa vi promissionis ad ipsum iure pertinet. Hac igitur ratione Deum ex iustitia proprie non obligari ad promissa soluenda, patet: quia quantumvis nobis deus promittat gloriam suam, nos semper manemus sub illius potestate, sicut seruus sub potestate domini, qui nihil habet, quod domini sui non sit. Quocirca si à domino suo aliquid accepit, quod assimilatur donationi, potest dominus illud auferre.

Fidelitas in promissis ad veritatem spectat, & hominis.

Pars est potestatiua iustitiæ.

Promissio facit hominem debitorem, & ex iustitia.

Deum ex se non obligari ex fidelitate.

Domini non tenentur ex iustitia reddere promissum suum.

re. Similiter, si dominus vestem promissit seruo manenti in statu pristino seruitutis perfectæ, debet ex veritate ei solvere, præsertim si iuramento fidei adstrinxit. Cæterum quia semper tanquam seruo promissit, manet in potestate illius salua veritate & fide, vestem semel donatam auferre, aut etiam promissam negare: hoc est, nisi esset contra fidelitatem, contra iustitiam non esset. Eo quod si ille seruus manet semper ex omni parte seruus, rem illam non possidet alio iure, quam serui; ac proinde domini sui est.

Cum igitur omnis creatura, quamvis promissione Dei facta, sub potestate Dei, tanquam serua sub domino plenè seruitutis iure permaneat quoad omnia, & singula, quæ possidet; si Deus gloriam semel collatam auferret, aut promissam denegaret; infidelis & falsus esset, sed non iniustus: ergo implendo id, quod promissit, ex sola promissione nulla inter ipsum & nos oritur iustitiæ obligatio. Constat igitur ex nullo capite Dei erga nos, & nostri erga Deum iustitiæ commutatiuam proprie esse, siue ante promissionem, siue post illam. Quibus omnibus confirmata, & explicata satis manet communis Scholasticorum sententia, siquidem secundum commune, & vltimam iustitiæ commutatiuæ acceptionem loquendum est: nam nouas constringere rerum definitiones non licet, vt cap. 3. præmissimus. Accedit deinde in confirmationem nostræ sententiæ, quod ex aliorum opinione, qui iustitiæ proprie in Deo defendere moluntur, mille emergunt difficultates, quas intellectus capere nequit: quid ergo nos cogit relicta plana & trita via, asperam, & difficilem ingredi?

CAPVT VII.

Soluuntur argumenta prioris sententiæ.

Opposita sententia fundamētum queritur.

PAUCA nobis supersunt, vt rationes prioris sententiæ diluamus: ex doctrina namque prædicta facile quisque respondere posset: sed vt clarius earum infinitas appareat, non nihil circa singulas dicemus. Ante omnia autem commune fundamentum conuellere necesse est: asserimus igitur, quoties affectus aliquis, aut operatio ex creaturis ad Deum transfertur, necesse est sine imperfectione transferri: sed cum imperfectio sit duplex, quædam, quæ est annexa accidentarie operationi, vt compassio misericordiæ; quædam vero, quæ ex parte obiecti essentialiter includitur, quantumuis analogice consideretur, & abstrahatur; priori illo modo potest affectus aliquis, qui nobis est, Deo tribui; & sic tribuitur Deo misericordia sine compassione: quia formalis ratio illius est, subleuare alienam miseriam: posteriori vero modo affectus aliquis, qui ex parte formalis obiecti imperfectionem includit, qualis est ira, & vindicta, nequit ad Deum sine metaphora, aut proprie etiam secundum analogiam transferri. Huius rationem reddidimus cap. 3. quo modo autem ira essentialiter illam includat imperfectionem, ostendimus disput. 84. c. 4. de vindicta vero id ipsum probauimus in hac disput. cap. 4. Hoc eodem modo Deo tribuere non possumus affectum iustitiæ commutatiuæ propriæ, nec liberalitatis, nec magnificentiæ: eo quod commutatiua, vt cap. 4. demonstrauimus, circa datum & acceptum constituit æqualitatem, quæ inter nos & Deum esse nequit, liberalitas vero versatur circa pecuniæ largitionem, vel

Non competit illi liberalitas, aut magnificentiæ.

eius, quod pecunia æstimatur, teste Aristot. 4. Ethic. 1. & S. Thom. 2. 2. q. 1. 7. art. 2. Magnificentiæ denique circa magnos pecuniæ sumptus, vt docet idem Aristot. eodem lib. c. 2. & S. Thom. 2. 2. q. 134. art. 3. quare stultum est, inquit Aristot. 10. Ethic. c. 8. Deo virtutes politicas tribuere.

Porro S. Thomas in hoc articulo in solutione 1. docet, Deo conuenire liberalitatem, & magnificentiā, non tamen circa actiones ciuiles, sed circa actiones ei proprias; quibus verbis videtur Deo tribuere affectus liberalitatis, & magnificentiæ in largitione bonorum spiritualium, & absque metaphora; dixerat enim metaphorice Deo conuenire temperantiam, & alios affectus, qui circa passionum corporalium moderationem versantur: verum non intelligit de liberalitate, & magnificentiā, quæ ponuntur peculiare virtutes, sed de affectibus earum secundum commune quandam, & generalem rationem. Nam si liberalitas, & magnificentiā in largitione donorum spiritualium in Deo essent peculiare virtutes, sicut in nobis sunt circa sumptus pecuniæ; eadem ratione in nobis quoque hæ virtutes peculiare constituerentur circa spiritualia. Magister enim qui magna, & abscondita docet, diceretur magnificus, & qui sine inuidia alijs sua communicat, peculiari ratione liberalis vocaretur. Quare hæ virtutes in nobis non haberent tanquam materiam propriam sumptus pecuniæ.

Dicimus igitur etiam absque metaphora Deum liberalis dicatur, & magnificus; tamen non dicitur secundum propriam, & specialem rationem: sed secundum commune quandam itaque propria ratio liberalitatis, & magnificentiæ, vt distinguitur contra metaphoricam, sed non contra commune, versatur etiam circa sumptus spirituales, & Deo optime conuenit. Si etiam de iustitia dicendum est; nam teste Aristotele 5. Ethic. cap. 1. & 2. iustitia in vniuersum de omni virtute dicitur, omnis namque virtus seruat aliquam æqualitatem, & ita ait, prouerbiū satis vulgare esse, iustitia in se virtutes continet omnes. Ergo ubi cunctæ alique attendit, & seruat in sua operatione æqualitatem aliquam communi quadam ratione iustitia dicitur, non quidem improprie, & metaphorice, sed communiter.

Eodem pacto scientia tribuitur Deo absque metaphora, quamuis in eo sit sine discursu: quia communiter etiam absque metaphora scientia dicitur quæuis notitia cum euidentiā: cum vero Deo negamus liberalitatem, magnificentiā, iustitiā, & scientiā propriæ, non intelligimus propriæ vt opponitur metaphoræ; sed, vt opponitur communi; hoc est, asserimus, eas virtutes, quæ speciales esse dicuntur, & ab alijs distinctæ, Deo non conuenire. Similiter scientiam secundum peculiarem modum, quo discursum includit, & ab intellectu principiorum distinguitur, quæ proprie tantum nobis conuenit, Deo non esse tribuendam, bene tamen absque metaphora, generalem rationem sciendi ei conuenire.

Iam vero ad primam rationem respondeo, cum Scriptura salua natura rerum commode explicari potest sine metaphora, ita esse exponendam: at ubi affectus, seu operatio repugnat Deo, metaphoram esse admittendam: cumque probatum maneat rationem iustitiæ commutatiuæ proprie Deo non posse conuenire, supererat, vt secundum metapho-

metaphoram Scriptura intelligeret, quoties Deum iustum appellat, vel ipsi iustitiam adscribit. Verum quia est ratio quaedam iustitiae generalis, quae absque metaphora in omnibus virtutibus reperitur, non opus est ad metaphoram confugere, sed Deus dicitur iustus ratione cuiusvis virtutis, & rectitudinis, quae ipsi conuenit; nobiscum autem dicitur iustus, aut quia fidelis est in promissis, & tantum reddit, quantum promittit: promissio enim quaedam iustitiae pars est, & communi vocabulo iustitia potest appellari, aut dicitur etiam iustus, quia aequalitatem seruat inter dignitatem meritorum, & praemia, in quo communis ratio iustitiae reperitur.

Hoc sensu ad Hebr. 6. dicitur: *Non enim iniustus est Dominus, ut obliuiscatur, &c.* tum ratione fidelitatis, quia infidelis non est; tum ratione aequalitatis, quia non retribuit minus, quam merentur operari: meretur autem iniustus, si minus retribueret, aut quia non seruaret fidem, aut quia non seruaret aequalitatem hanc. Quamuis hoc postest ex se non repugnare omnino Deo, quare iustitia Dei non solum debet attendi, ut putauit *Anselmus in Prologo, cap. 10.* secundum decetiam tantum bonitatis suae, vtilius dicatur iustum, quod suam bonitatem decet, sed etiam secundum aequalitatem aliquam rerum inter se, ut explicatum est.

Arguant vero nonnulli, ut probent in Deo esse iustitiam commutatiuam proprie, ex illo ad Rom. 3. *Quem (scilicet Christum) proposuit Deus ad ostensionem iustitiae suae.* Et ex illo ad Rom. 5. *Sicut per unius delictum, &c. ita & per unius (scilicet Christi) iustitiam, nullum tamen inuenies ex Patribus, vel recentioribus interpretibus, qui his locis per iustitiam intelligat commutatiuam, quae est ad alterum. Sed ad Roman. 3. per iustitiam intelligunt vel fidelitatem Dei, qui promissis iustificationem per Christum, vel iustitiam gratiae, qua iustificat impios. Subdit enim Paulus, *Ut sit ipse iustus, & iustificans:* vel iustitiam punitiuam, quam constat non esse proprie commutatiuam in eo, qui punit offensam contra se commissam, ut supra ostendimus. Et multo minus ad Roman. 5. per iustitiam intelligitur commutatiua, sed sanctitas, quam ibi opponit Paulus delicto: ut sicut unus delicto omnes sumus constituti peccatores, ita etiam sanctitate unius omnes sumus effecti sancti.*

Ceterum inutilis alicui noster labor non videtur, ut probaremus specialem virtutem iustitiae commutatiuae, quae in nobis reperitur in Deo non esse, cum iam concedamus aliquam rationem communem iustitiae, & videamur cum aduersariis conuenire, qui ita iustitiam commutatiuam deo concedunt, ut sine imperfectione eam tribuant secundum aequalitatem condignitatis meritorum, & praemij: ipsi enim contendunt esse specialem rationem commutatiuae iustitiae in deo, ac proinde seruandas esse omnes condiciones illius, sicut inter homines seruantur in satisfactione debiti. Ex qua doctrina multa colliguntur, quae vix constare possunt, ut c. 5. & 6. monstratum est. At cum nos dicimus, secundum rationem communem tantum iustitiam in deo reperiri: non est necesse, ut asseramus, eas omnes condiciones iustitiae commutatiuae proprie requiri, ut pers. ita sit satisfactio, & praemij solutio: sed alio modo facilius suis locis philosophabimur in 1. 2. q. 114. artic. 1. de iust.

Vaguet in 1. part. Tomus I.

iustitia nostrorum meritorum, & 1. par. quaest. 1. art. 2. de satisfactione Christi pro nostris peccatis; ubi seruata omni perfecta aequalitate, quae inter Christum & deum, vel etiam inter nos, & deum esse potuit, omnia recte explicabimus, superatis mille difficultatibus, in quas incidere necesse esset, si sequeremur regulas commutatiuae iustitiae proprie, ut ex dictis in praedictis capitulis constat.

Dicit aliquis, sic etiam temperantiam deo tribuere possemus sine metaphora secundum communem rationem, quae in omnibus affectibus virtutis reperitur: eam tamen S. doctor in solutione 1. solum concedit metaphorice. Respondetur, eam secundum metaphoram solum deo conuenire, quia temperantia etiam secundum rationem communem significat moderationem aliquam alicuius insurgentis passionis, quae deo omnino repugnare, & ideo ipsi sine metaphora non conuenit.

Ad secundam rationem dico, si iustitia transferatur ad deum, quae non versetur circa datum, & acceptum, manet necessario secundum communem rationem iustitiae, quia auferretur propria, & specialis ratio obiecti, ut satis probatum est. Et quamuis affectus nostri deo tribuendi sint sine imperfectione, cum tamen imperfectio est essentialis, utpote ortum habens ex obiecto formali affectus, deo proprie conuenire nequit. Talis est imperfectio dati & accepti in iustitia commutatiua, si sequamur definitionem Philosophorum, & Theologorum omnium: nouas autem constringere definitiones, non licet: haec rationes erant in conformatione primae partis illius sententiae: quae vero secundo, & tertio loco aduersarij docent, nulla ratione probant, & satis a nobis supra impugnata sunt.

DISPVT. LXXXVI.

An Deo conueniat iustitia distributiua?

Quorundam Theologorum sententia, cap. 1.
Iustitiam distributiua proprie in Deo non esse auctoritate Scholasticorum, & aliorum probatur, cap. 2.
Ratione probatur praecedens sententia, cap. 3.
Diluuntur argumenta aduersariorum, cap. 4.

CAPVT. I.

Quorundam Theologorum sententia.

Am vero de iustitia distributiua, quae circa aliud genus aequalitatis versatur, disseramus, an scilicet deo proprie conuenire possit: est autem de hac re maior inter Theologos dissensio: nec enim pauci, nec inferiores nota affirmant, in deo esse iustitiam distributiua secundum proprietatem. Ita docent Ricard. in 4. d. 46. art. 1. q. 1. Capreol. in 1. dist. 45. q. 1. art. 1. concl. 1. q. 2. ad argumenta contra eandem conclusionem Caietan. in hoc articulo, & 2. 2. q. 61. art. 4. circa solut. 1. Ferrar. in 1. con. gen. cap. 9. 2. Sotus lib. 3. de iustitia, q. 5. artic. vii. ad primum, & 3. de natura & gratia, cap. 7. Mosius in confessione Polonica, cap. 73. ante medium: quid vero de hac re S. Tho. docuerit, cap. sequenti dicemus, cum enim hi omnes eodem modo, quo negant in deo esse iustitiam commutatiua, pariter affirmant esse distributiua, & commutatiua negant secundum proprietatem, hoc eodem modo distributiua concedunt.

Ceterum quoniam distributiua iustitia deo conueniat,

Obijciatur secundum.

Respondetur.

52

Secundum argumentum in contrarium soluitur.

Ricardus.

Capreolus.

Caietanus.

Ferrar. 1.

Sotus.

Hofius.

Iustitiam distributiua proprie, quae tribuitur deo.

51

conueniat.